

idolum sibi suetum fabricare invitarent; conflatum adorarent: gravissimamque Dei iram in se derivarent. Et licet Aaron, primus hujus idoli autor, excusatetur a Moncæjo: quod nihil aliud fecerit, quam quod postea fuisset facendum; ponendo vituli imaginem, quæ Cherubini faciem præ se ferret, angelumque denotaret; quem Dominus in via esse præcessurum dixerat: quod autem ipsa Aarónis excusatio & gravissima Mosis reprehensio, subsecutaque Numinis indignatio refellit: tum a multis Rabbinorum populus Israeliticus Pontificem ad hanc idoli compositionem sollicitans peccato fere liber declaretur, rejicientibus in tumultuariam & ab ipso Jova undique corrasam manum culpam; (f) infulse tamen & plane impie agunt, suosque necessarios, religioni puta Judaicæ addictissimos a se omnino dissidere vident. (g)

A 2

O sum-

(f) Sic Rab. Salomo, quem male Jarchi nominat, notante Rich.
שחת העם לאנאמר Simone in Histor. Crit. V. & N. T. p. 152.
אלא עמר ערב רב שקבלה: שחת עמר מעצמן וגנורתם
וליה נמלכץ כי ואמרות טוב שד, בכו גריים
בשבינה הם שחרתו והשתיתו: Non dictum est, populus corrupte egit, sed populus tuus, nempe colluvies & mixta illa turba, quam tu ultro collegisti, & proselytiam fecisti, me non in consilium vocato: dixistiq; bonum esse, proselytos divinæ Majestati adhærescere: illa inquam turba corrupte egit aliosque simul perdidit. R. Aben-Esræ explicationem & consensum vide apud Carthwrigthum l. c.

(g) Sic R. Moses Gerundensis satis graviter de hoc conqueritur.
אין לך ישראל פירענות שאין בה אנקיה טעון העגל
Non est tibi ultio, Israel, in qua non sit uocia de iniustitate vituli.
Et huic se adjungit R. Salomo, qui eandem exhibet ejulationem
ונין פורענות באה על ישראל שאין קצת ספועין עון העגל